

Cap. XVIII. Rubrica de forma sacramenti protectoris et notarii maleficii.

Iurabunt protector et notarius maleficii sequimen potestatis iudicum vel rectorum civitatis Tergesti et eorum offitium legaliter bona fide operari et exercere et tenere, et habere // 34 B
5 credentiam de omnibus que fient tempore eorum offitii, et consulere domino potestati vicario eius vel vicario loco potestatis de hiis [que] quesiverint. ¶ Et iura comunis oservare bona fide sine fraude, et interesse una simul, videlicet ipsi protector [et]
10 notarius maleficii, presentibus potestate vel vicario loco potestatis vel uno ex vicariis suis, ad accipiendum quascunque acusas denuntiationes et inventiones et inquisitiones et testium examinationes ac defensiones et excusas. ¶ Nec audire vel recipere aliquas acusas denuntiationes vel inquisitiones excusas
15 seu defensiones vel examinationes testium sine presentia ipsius domini potestatis vel eius vicarii vel vicarii loco potestatis, etiam sub pena libr. quinquaginta par. ¶ Item scribere in quaterno malefitorum quaslibet acusas inquisitiones denuntiationes sive inventiones, nec eidem notario dari debeat vel
20 possit licentia fatiendi predicta aliter quam supra dictum est, sub pena libr. quinquaginta par. pro potestate et libr. viginti-quinque par. pro notario, per ipsum notarium, antequam aliqua persona proclametur in excusis, etiam sub pena libr. par. viginti-quinque pro notario et vice qualibet contrafacta. ¶ Item etiam
25 examinare testes datos in maleficiis, et mittere pro testibus, super acusis denuntiationibus et inquisitionibus et occasione earum, incontinenti ea die vel sequenti vel nocte in qua ipsi testes nominati fuerint. ¶ Et si acciderit quod mulier vel mulieres essent testes in predictis, mittere pro dictis mulieribus infra dictum
30 terminum quod vadant ad aliquem locum honestum secundum qualitatem personarum, et ibidem in presentia dicti potestatis vel eius vicarii eas audire et examinare. ¶ Et ipse potestas vel eius vicarius predictis interesse debeat, pena libr. quinquaginta par. pro potestate et vicario, et etiam pena viginti-quinque [libr.
35 par.] pro protectore et notario ad maleficia et quolibet eorum. ¶ Et // ipse notarius scribere teneatur condempnationes con- 35 A